



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Synonymia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

mum regem Tarquinium, ab vrbe Romana, dominatu regio expulit.

Vt triplex epithetorum virtus, ita triplex virium: dehonestant enim orationem longa, intempetiva, crebra: longa, vt domi porta (quis enim hoc in oratione ferat) intempetiva, vt si quis raras aues, & nigros olores vbique nominet, quod apud Iuvenalem inuenerit semel: opportune tamen, & loco.

Rara avis in terris, nigroque simillima Cygno.
Crebra, qualia solent esse eorum, qui epitheta conlectantur frigide admodum, & pueriliter, quid opus est enim vbique nigrum cornu, niuem candidam, aurum adamantem decantare, & nunquam exillimare colophonem periodo impostum, nisi per superlatium aliquod frigidum concludatur.

Synonymia.

Synonymia est verborum idem significatum congeries, cuius usus est in tuto dicendi genere Ciceroni perquam familiaris. His oratio modò quasi ingens fluvius affluatium undarum accessione voluitur, modò incisus quasi iaculis armata vibratur. Hanc orationem, vt Nilum, aut Istrum fluentem admiror.

Quæ præcatus sum à Dijs immortalibus, iudices, more, institutoque maiorum, illo die, quo auspicato comitijs centuriatis L. Murænam consulem renuntiaui, vt ea res mihi, magistratuique meo, populo, plebique Romanæ, bene, atque feliciter eueniret: eadem precor ab iisdem Dijs immortalibus, ob eiusdem hominis consiliatum, vna cum salute obtinendum, & vt vestræ mentes, atque sententia, omni Pop. Rom. voluntate, suffragijsque consentiant, eaque res vobis, populoque Rom. pacem, tranquillitatem, otium, concordiamque afferat.

Ecce duodecim ferme synonyma in hac periodo, quibus carere potuisset, sed non sine detrimento grauitatis.

Ex alia parte quasi legita infesto turbine erumpere videntur: O tenebre, ô lurtum, ô fordes! & ego te non vecordem, non furiosum, non mente caprum, non tragico illo Oreste, aut Athamante dementiorem putem.

Qua synonymia vitia

Animaduerte vt a paraphora, quasi amento impulla vehementiorem habeat emissionem: atque vt ista habent admirabilitatem & quandam gradationem, qua sensim ad maiora contendunt: ita nihil putidius, quam de

trinitio synonyma sine vilo delectu, & neruis arripere, quæ onerant potius, quam ornant orationem.

Et illæ quidem figuræ ingerunt quandam conformationem imaginis: at quæ sequuntur longè illustriorem.

De secunda Serie figurarum, in illustri, & suauis genere dicendi, quibus icones rerum efformantur.

CAPVT XX.

VOLASIANUS in epistola ad Diuum Augustinum inter ceteras instrumenti Rhetorici diuitias commendat Iconificationum pulchritudinem; & iure mentem enim validius ferunt oratores, qui hanc virtutem obtinent cumulati.

Descriptio igitur, qua nihil in Rhetorū thesauris opulentius, in quatuor patres diuiditur, quanta demonstratio, hæc hypotyposis nominatur.

Imago est formæ, cum forma, cum quadam similitudine comparatio. Ad quod genus referuntur parabola, quibus nihil clarius docet, nihil mouet suauius, nihil iucundius delectat.

Vis vanum doctrine simulatorum multis quidè libris, & studiorum insignibus refertur, sed elinguem, agnosce in Citharædo pisce.

Animaduerte, quælo, hominem, imò vanam simulatorum, & citharædo simillimū inuenietis. Piscis est, Auditores, in mari rubro, discriminato vertice, pennis aureis, & rutili coloris fulgore totus efflorescens, Citharam dorso gestat, nigris lineis, quasi fiduculis intentam. Expectatis fortasse, vt canat: nolite quæso, mutus enim est piscis: non dissimili modo iste magnam elegantissimorum librorum copiam cumfert, quanquam ut mutire quidem, aut hîscere in publico audeat.

AElia. l. ii. anim. c. xi.

Vis auaritiæ intueri in diplas. Serpens perniciosissimus est, Auditores, Diplas, puto, vocatur: huius venenum si sem excitat ardentissimam; ex quo fit, vt qui ab eodem tacti sunt, vina perant, & fotes, sed si iustia, indies enim, imò in horas exardescit: sitis, quanta potest esse maxima, & nulla portione restinguitur. Diplas est, diplas inquam, crudelis, auaritiæ sitis, & pecuniarum cupiditas, quæ nunquam expletur.

Lucian. de dipjadibus.

Esictio est expressio corporis, vt: Hunc dico